





2436

60.

1734, 9.

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSI  
CONSENSV

THEMA

QVO VSVS BROCARDICI:  
OMNE QVOD SOLO INAEDI-  
FICATVR SOLO CEDIT,  
OSTENDITVR.

PRAESENTE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,  
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO,

IN  
AVDITORIO ICTORVM PETRINO

DEFENDET

FILIVS

ABRAHAMVS GOTTHELF KAESTNERVS

LIPSIENSIS.

NOT. PVBL. CAES.

AB HORA IX. AD X.

---

LIPSIAE,

D. XVIII. AVGVSTI, ANNO CIO 1734.

---

LITERIS GABRIELIS TROGII



WAGENHOF FOLGEGE DER GEMEINDE  
IN ECKARTSBERG  
GEMEINDE  
THRN  
GOD WAS PRINCIPAL  
GEMEINDE SOUD CEBELT  
GEMEINDE  
OSTENDIAR  
PRAESIDII  
DN ABRAHAMO KESTNERO  
MARIA DOCCIAE ETI PRACTICO  
IN  
ADMIRANDO COTRIBUTATIONE  
PRAESES  
THESS  
ABRAHAMUS GELTHET KESTNERUS  
PRAESES  
KONRADUS  
PRAESES  
CITATUM



THE M A.  
QVO VSVS BROCARDICI:  
OMNE QVOD SOLO INAEDI-  
FICA TVR SOLO CEDIT,  
OSTENDITVR.



Vi Sacrae Themidi operam nauare intendunt,  
ac aliquando splendidum ICti nomen, *sacer-*  
*dotis iustitiae ex l. 1. §. 1. de I. & I. ambiant*, haud  
imminerto iura Patriae praeprimis nota sibi  
reddunt, cum omnino sit turpe Patricio, No-  
bili & causas Oranti, ius, in quo versatur, igno-  
rare l. 2. §. 43 de O. I. Quam ob causam Aduoca-  
to futuro maxime necessarium, vt absolute  
studio Academico illos potissimum legat Au-  
ctores, qui in Patria vixerunt, quia hi de iu-  
re Patrio, moribus ac consuetudinibus locorum optimam habuisse  
noticiam, hancque etiam fideliter consignasse praeolumuntur; Cum  
vero Ius Iustinianum in Foris Germaniae, vt ius ex libera voluntate  
receptum, constanter obseruetur, vid. late LINCKE de iuris Iusti-  
niane receptione atque Auctoritate in Germania, P. I & II. Aldorf. 1679.  
& 1680. sane ultima cura huic danda non videtur, cum ex iure Iu-  
stiniano etiam Iura Statutaria declarentur, restringantur et supplean-  
tur in casibus indeterminatis. v. DN. MENCKE, Fac. Iur. Lips. quon-  
dam

dam Ordin. in Tab. ad x. proem. et in Theoria et Praxis sua p. m. 3. Quod  
loco obseruandum, TITIVM, Obseruat. Lauterb. IV praevente  
Sincero, quoad declaracionem et restrictionem dissentire, ac asseverare,  
hanc ex iure Romano perinde infelicitate defunxi, atque declaratio-  
nem Sacrae Scripturae ex Libris Aristotelis Metaphysicis peti. Cui  
etiam accedit ill. BERGER in Commentatione de Vsi Actionum cum  
Rei persecutoriarum tum in primis penalium, Parte poster. §. 10. in finez  
In eo autem, dicit, facile affenserim, vulgo errare Dd. in o. v. segv. prae-  
tegoy agere, cum Ius Saxonum, idemque Communemcum Romano  
comparant, et alterum tanquam exorbitans ex altero explicandum  
ducunt, quam rationis sit potius, in uerso ordine, Ius Romanum,  
tanquam recentius, ex Germanico iure, quod antiquius est, inter-  
pretandum esse. i. Schilt. Exercit. ad x. 23 §. 18. Quicquid vero de in-  
terpretatione adducta Dd. disputeret, hoc tamen certum est, et hoc  
vnicum hic intendo; Studium Iuris Iustinianei in Academiis neutri-  
quam negligendum, sed in eo rite addiscendo ornarem mouendum  
esse lapidem, cum constet in Foro, si non plures, vix tamen paucio-  
res occurrere casus, quorum decisio ex hoc, et non ex iure Patrio  
petenda. Dolendum igitur, inquit, LINCKE, supra citat. dissert.  
Part. poster. n. 29. p. m. 29. quod tam multi hodie reperiantur, qui Iu-  
ri Iustinianeo, adeo infensi sunt, ut credulam quoque iuuentem in  
adrogav et incertitudinem, denique ad neglectum iuris prudentie se-  
ducant, inter quos praecipue Politici atque Critici comparant, qui  
eius exactam peritiam non habent &c. Audient vero eiusmodi iuris  
nostris Osores Ciceronem in Orat. pro Caecin. Nihil, inquit, in ciuitate  
tam diligenter reuinendum, quam Ius Civile; quo sublati, nihil  
eniquam exploratum esse potest, quid suum, quid alienum sit; Ni-  
hil est, quod aequabile inter omnes atque unum omnibus esse possit.  
Quamobrem Augustinus Tract. 6. in lob. Tolle, inquit, Iura Imperatorum,  
et quis dicet: Haec villa mea est. Cum quibus optime con-  
fentit Grotius Epist. ad Gall. 156. ubi sequentia profert. „Nihil esse  
„nobili homine dignius, quam cognitionem iuris, primum quidem  
„eius, quod homines hominibus et gentes gentibus sociat, deinde  
„vero patri, cuius partem non exiguum facit Ius Romanum, a plerisque  
„populis adoptatum, per se quoque supra omnium ciuitatum iura di-  
agnossum nosci, ut quod perfectum excultumque sit experimentis  
tam

cam magni tamque diuturni imperii. Quicquid a Decemvirum tempore ad Iustiniani usque tempora, viri, maximo iudicio et sanctitate morua et eruditione praediti ad firmandam illam ciuilem societatem reperte potuerunt, id omne in Digestis, deinde in Codice et conexis ei libris continetur. Tam evidens denique est eius iuris in plerisque partibus, iis maxime, quae ad contractus aut damnum iniuria, pertinent, aequitas, ut ad quos populos Romana arma pertingere, non potuerunt, ut in Poloniam vicinasque Gentes, eo leges Romanee sine vi vlla iustitiae suae vi, triumphantes, peruererint.

Equidem in ea non sum opinione, quasi omnia quae in iure Iustiniano inueniuntur anxie perscrutanda, atque ad Statuum hodiernum Imperii nostri applicanda essent, hoc enim qui suscipiteret, insaniam suam sine dubio proderet, si v. g. materiam de Seruitutibus, manumissionibus, libertis, libertinis, &c. obtorto collo, quod a nonnullis fieri assolet, ad forum nostrum trahere veller; Quae similiaque Illustr. Thomasi mouerunt, ut in Programmate quodam Halae 1691. edito afferere non dubitauerit: *Evidentibus demonstrationibus doceri posse*, vix vice vim partem Pandectarum ad Praxim Fori Germanici posse accommodari. Quam sententiam cum a non nemine Vitembergae in dubium vocaretur, strenue vindicavit alio Programmate, ibidem 1692. publicato. Causa igitur hic procedendum ac probe considerandum: *Num Ius Romanum sit praeter Ius Germanicum?* Quo casu omnino obseruandum est: *Num sit contra Ius Germanicum?* Et neutquam attendi debet, nisi vel expresse vel tacite per vnum contrarium receptum esse probetur. Sic e. gr. Lib. 3. art. 5. *Iuris Provincialis nostri*, vbi creditor amittit creditum, amissio pignore, derogat Ius Romanum, partim ob usum contrarium, partim ob expressam Legem in P. II. C. 26. Plura eiusmodi exempla adducere possem, sed unicum hoc sufficiat, ut ostendam, non solum Iuri Patrio operam esse dandam, sed omnino etiam Ius Iustinianum in materiis utilibus, necessariis ac semel receptis diligenter excolendum esse, praeprimis vbi simul naturalis aequitas, quae in omnibus et praecipue in Iure spectanda l. 90. de R. I. hoc commendat. Et, ne desit dictorum in foro applicatio, casum Practicum, quem hucusque in operibus meis Programmatibus praestruxi, etiam hac vice ex notissimo Brocardico: *Omnis quod solo est inaedificatum, solo cedit, suppeditabo.* Perhibet hoc nobis §. 29. l. de R. D. l. 7. §. 10. ff. de

*de A. R. D.* Quo vero eo melius de huins veritate Practica constet, tres casus distincte considerandi nec confundendi sunt: PRIMO enim queritur: Si aedificium exstructum sit in loco communi, ad quem pertineat? Et respondetur, si socius ab initio statim contradicat, plane aedicare alter nequit, quia in re communi conditio potior est prohibentis, l. 28. n. communi diuid. Si vero iam plene sit aedificatum, ut tollat aedificium, socius a socio cogi non potest; Quod idem etiam ad refectionem applicandum, cum publice interficit, ut aedificia existant integra, ne ciuitatis facies ruinis deformetur, l. 1. & t. de tigno iuncto, l. 2. & l. 8. C. de Aedif. Priu. in quam sententiam pronuntiationem est penes Carpz. P. 3. C. 31. d. 11. Aedificium igitur in loco communi extructum necessario etiam sit commune, l. 6. §. 4. de N. G. quia nostrum videtur, quod nobis cum aliis est commune, l. 46. de R. N. l. 239. de V. S. Idem quoque obtinet, si vii fructuarius aedificium eo in fundo, vbi ipsi saltim vii fructus competit, posuerit; Hoc enim ad proprietarium pertinere extra omnem dubitationis aleam positum est; Quoniam aedificium supereructum in fructu censeri nequit, ut fructuari acquiratur. SECVNDO videndum, si aedificium ex aliena materia in solo nostro extratur, cui hoc cedat? Et nullum est dubium, quin aedificium fiat eius, cuius est solum, vi Brocardi nostri. Num vero hoc casu materiae domino actio de tigno iuncto, qua de §. 29. loquitur, adhuc hodie competit? mirifice Dd. inter se dissentient. Negatiuam sententiam strenue amplectitur III. THOMAS. de usu Actionum Poenalium Iuris Romani in Foris Germaniae cap. 2. §. 43. vbi simul SCHILTERO Exercit. 49. §. 13. respondet. Cui accedere videatur BEYER ad Tit. Dig. de tigno iuncto, conf. ZIGLER Diff. de tigno iuncto §. 25. quae est in eius Volum. 44. i. WISSEN. p. 2. D. 29. th. 20. item GROENEWEG. ad dict. §. 29. Adfirmatiuam e contrario propugnat SCHILTER c. l. ubi assertit: *Satius esse, actionem hanc admittere et actionem ab onere eius, quod interest relevare, quam eo ipso litigates protelare*, neque credo, pergit, poterit instituens hanc actionem iure repelliri, aut non proditae vel abrogatae actionis exceptione excludi, quum abrogatio vix probari possit. Cum quo consentit LUDER MENCKE in Theoria et Praxi Pandect. p. m. 146. i. HOPP ad cit. §. 29. quae sententia etiam arridet Illustri BERGERO de usu Actionum Poen. th. 36. p. m. 102. TERTIO inquirendum: Si ex sua materia

*ria in alieno solo quis aedificauerit, cui hoc aedificium addicendum?* Et nihil prohibet, quominus secundum Brocardicum nostrum eiusmodi aedificium domino soli adiudices l. 7. §. 12. de A. R. D. Quicquid enim plantatur, feritur, vel inaedificatur, solo omne cedit. Modo tantisper distinguas: An, qui aedificauit, hoc bona an mala fide fecerit? Si enim mala illius fides deprehendatur, materiam plane amittit, quia sciens in alieno aedificans, donasse videtur, d.l. 7. §. 12. de A. R. D. i. l. 22. de R. I. Scient enim per §. 30. de R. D. obicitur culpa, quod aedificauerit in alieno solo, damnum autem, quod quisque sua culpa sentit, damnum non videtur, l. 203. de R. I. Et qui scit, solum esse alienum, scire etiam debet, naturali ratione materiam alieno solo impositam cedere Domino soli; Vnde cum nihilominus materiam suam alieno solo coniungat, utique donandi animo id facere indicatur. Qui enim vult Antecedens, idem velle debet et necessarium Consequens. Aliud autem omnino dicendum, si aedificans solum ad se pertinere putauerit, sive bona fide aedificauerit. Et quamuis negotiorum gestorum actionem hoc casu concedere nequeam, quia is, qui aedificauit, non alieni negotii gerendi causa sumtus fecit, sed negotium proprium gerere voluit, et in suo aedificare cogitauit, quod quidem putat KNIPSCHILT de Fideicommiss cap. 12. n. 218. in fin. Interim tamen aliis certe remediis ei, qui b. f. aedificauit, praepri- mis cum sit in Possessione, succurendum, et per § 30. de R. D. exceptio- ne dolii mali se defendere potest, donec ipsi intuitu pietii, materiae et meritis fabrorum satisfactum; quia nemo cum alterius damno & iactura locupletari contra naturam cupit. l. 14. de Condict. Indeb. l. 206. de R. I. Actionem vero si possessionem amiserit, stricto iure non habet l. 33. de Condict. Indeb. l. 48. de R. V. ex aequitatis ratione com- petere volunt h. c. conditionem ex l. Si & me et Titum 32. de R. C. ad quam legem vid. LAVTERB pec. Diff. consentit CASPAR AN- TON. THESAVR lib. 1. qu. 79. p. m. 169. i. MANZ. ad §. 30. de R. D. n. 32. Quod vero de b. f. aedificante dictum, etiam extendi debet ad maritum, qui in solo vxoris constante matrimonio aedificium exstruxit. Hoc equidem solo simul cedit, & post mortem vxoris dominium ad cognatos deuoluitur, nihilominus tamen marito impensa in aedificium factae restituenda veniunt, uti pronuncia- tum resert RICHT. Dec. 17 n. 8. Haec quidem ad usum Practicum

*Brocardi nostri demonstrandum sufficere potuissent; Cum tamen aliud adhuc Responsum Incliti Scabinatus Lipsiensis ad Consultationem Dr. Christiani Butneri Adu. Ord. versus Gorlit. Mens. Jul. 1692. pronunciatum, in manus veniat, quod dictorum veritatem clare, perspicue atque luculenter corroborat, haud ingratum fore Lectori existimo, si id verbottenus, et ut in ipsis rerum obtinuit argumentus, adiiciamus. Est autem huius tenoris:*

*Hat im vorigen Seculo von dem Rath zu Görli das Handwerk derer Tuchmacher daselbst eine Wall-Mühle vor dem Ober-Thore, zusamt dem Schleiß-Werk, so an dem neben gedachter Mühle stehenden Kupfer-Hammer gestossen, gekauft, und ist solche Schleiß-Mühle Anno 1632. da die Contagion und bald darauff der Krieg eingefallen, nach und nach gänzlich eingegangen; also, daß die Stelle wüste gewesen, bis ohngefehr vor 12. Jahren der Rath auf selbigen Ort, wo zuvor die Schleiß-Mühle gestanden, eine Wall-Mühle erbauet, welche das Handwerk derer Tuchmacher gegen einen jährlichen Zins bisher gemietet; Nachdem aber nunmehr erwähntes Handwerk, daß ihm der Platz, worauf besagte neue Wall-Mühle steht, eigentlich zu gehöre, ohngefähr Wissenschaft erlanget, so ist es entschlossen, die auf ihren Grund und Boden von dem Rath aufgebaute Mühle, gegen Erstattung derer Bau-Kosten an sich zu ziehen, welches aber der Rath durchaus nicht geschehen lassen will, dahero ihr, was diesfalls Rechtes, berichtet zu seyn verlanget.*

*Ob nun wohl der Rath zu Görli vor sich anführen möchte, daß sie bona fide die Wall-Mühle segen lassen, und nicht gewußt, daß sie damit auf der Tuchmacher Eigenthum ausgerücket, so stünde auch das Gebäude zum Theil auf ihrem eigenen Grund und Boden, wäre dankenhero ihre Condition, weil sie Besitzer, diesfalls besser, als der Tuchmacher, und könnten allenfalls zu einem mehrern nicht, als daß sie dem Handwerke den Platz, worauf vor diesem die Schleiß-Mühle gestanden, bezahleten, angehalten werden; Zumal in mehrgebäcktes Handwerk nicht allein zum Bau sille geschwiegen, sondern auch die aufgerichtete Mühle dem Rath abgepachtet, und selber in dem Contrakte solche des Raths Wall-Mühle genannt, also das Dominium daran dem Rath eingeräumet, welchem ihrem eigenem Facto sie nunmehr nicht contradi- cieren könnten.*

*Da aber dergestalt das Handwerk derer Tuchmacher die Schleiß-Mühle, nebst der Gerechtigkeit des darzu benötigten Wassers, fädlich an sich gebrach, und auf solche Stelle, wo vorhin das Schleiß-Werk gestanden, das größere*

Größere Theil der neuen Walek-Mühle, zusammen der Stelle und dem Nade befindlich, auch das vorige Glash. Br. the hierzu gebraucht wird, also, daß man zur Nach desjeniger Stückes, das auf des Rath's Boden steht, gänzlich entzehen könne, wonnd der Platz, worauf die alte Schleiß Mühle in die Br. ist gebauet gewesen, darzu angewendet würde; Und aber kein Zweifel, daß vermöge derer Rechte demjenigen, so der Grund und Boden eigentlich zustehen, auch das, so darauf gebauet, zufalle, und ein Besitzer, so b. f. das Gebäude in alieno fundo auszuführet, sich eines mehren nicht als der Wiederverzierung derer nützlich aufgewendeten Bau-Kosten zu erfreuen hat; Jedoch zu Abtreitung d. sien, was er daneben auf seinen eigenthümlichen Grund gescher, wieder seinen Willen mit Bestände, nicht anzuhalten ist, und diefalls der größere Theil des geführten Gebäudes den Kleinen als ein Accessorium nicht nach sich ziehet.

Zum übrigen aber dem Handwerke l. 35. D. de A. R. D. das es aus Irrthum, durch welchen keiner das Dominium rerum warum verliehrt, zu dem Walek-Mühl-Bau stille geschwiegen, die selbige dem Rath hernach abgepachtet, auch selbig des Rath's Mühle genennet, nicht das geringste Rathh' il erwachsen kan; So möchte der Rath zu Görlich der Abtretung der Walek-Mühle an die Tuchmacher, gegen billigmäßige Erlebung derer Bau Kosten, so weit solche auf derselben Grund und Boden steht, mit Befindlichkeit nicht entbrechen ic. P. P. Ipsi Angelorum Festo, A. R. S. c. 10. 1000 xxv.

## COROLLARIA.

### I.

Sunt qui actiones, quibus iure ciuili duplum, triplum vel quadruplum petimus, moribus Germanorum vnu non frequentari, affirmant; Id quod tamen a. l. 27. C. de testam. melius negatur, quam ob causam rectissime a Facult. Iurid. Vitemb. docente de BERGER in Oecon. iur. p. m. 893. (edit. nou. p. 889.) triplum, & resp. quadruplica, iure ciuili praescriptum, adiudicatum esse arbitramur.

### II.

Multa, quae ius Iustinianum statuit, non nisi perperam ad statum hodiernum applicantur. Sic quidam putant testamentum in captiuitate Turcica factum, nullius esse roboris; In iis captiuis

uis vero, qui ibidem moriuntur, obtinere fictionem legis  
Corneliae, v. TEXTOR *Synops. iuris Gent.* C. XIIX. n. 45.  
Quod tamen, ut nobis videtur, rectius negat SCHILTER  
*Exerc. 3 tb. 3. conf. RHETZ. in mediat. Acad. ad inst. dissert. IV.*  
*pos. 13.*

### III.

Quamvis cum seruis Romanorum quandanterus Glebae adscripti, vel  
potius homines proprii, *Lassi* Saxonum, *kmetanes* Poloniae,  
*Wildfangii* Palatinatus, *Bohemiae* Coloni &c. comparari pos-  
sent, v. MEVIVS P. III. dec. 8. quia sunt portio fundi, & fun-  
do quasi cohaerent, et vendito praedio, vna quoque venditi  
consentur proprii homines. MEVIVS P. I. d. 69. n. 1. Hoc  
tamen non obstante, hodie plane alia horum est conditio,  
quam seruorum; Licit enim ratione seruitorum et operarum,  
wegen derer Hof-Dienste, sint obligati, extra illam considera-  
tionem tamen sunt liberi homines, connubiorum, testamento-  
rum atque contractuum aequae capaces ac alii. Adeoque nec his  
quicquam ex eo, quod LL. ciuiles de seruis subtiliter cauent,  
amplius applicari potest.

### IV.


Iuri patrio prius opera danda videtur, quam iuribus extraneis. Pleri-  
que hoc inuerunt. An bene? judicent alii.

### V.

Per §. 3. l. de testam. coepit quidem ius ciuile et praetorium in vnam  
consonantiam iungi, Nihilominus tamen utriusque iuris diffe-  
rentia remansit, quae nec hodie negligenda, id quod partim  
materia restitutionis in integrum partim honorum possesio fa-  
tis ostendit, et ipse Legislator Saxo D. AVGUSTVS, P. III. C.  
El. 10. adprobauit; Conf. BERL. P. III. Concl. 16. n. 39.

### VI.

Vsum actionis de calumniatoribus hodie negant STRVVIVS S. I. C.  
Ex. 7. tb. 60. inf. et THOMASIVS, de usi actionum poenalium  
iuris Romani, in foris Germaniae, c. 3. §. 13. Aquibus tamen re-  
ctius videntur dissentire BRVNNE M. ad l. vii. de Calum-  
STRYK in V. M. ad dict. tit. SCHILTER Ex. 10. tb. 69. EN-  
GELBR. add. tit. BERGER, de usi act. poenal. tb. 40. Quibus et  
nos calculum addere, nulli dubitamus. Conf. omn. ill. LEYSER  
Spec. ad n. LVI. med. 1. et 2.




Leipzig, Diss; 1734

f

5b,



VD 18




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-790454-p0014-0

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.



1734, 9.  
Bo.  
**TORVM ORDINIS  
IA LIPSIENSI  
SENSV**

**E MA  
BROCARDICI:  
SOLO INAEDI-  
OLO CEDIT,  
DITVR.**

**ESIDE  
O KAESTNERO,  
E ET PRACTICO,**

**TORVM PETRINO  
NDE T  
IVS  
THELF KAESTNERVS  
ENSIS.  
BL. CAES.  
TIX. AD X.**

**IAE,  
ANNO CIO MCCXXXIV.**

**KIELIS TROGIL**